



*Amor für Gott*

Ee, 4



**EPISTOLA**  
**AD**  
**VIRVM ILLVSTREM**  
**EXCELLENTISSIMVM ATQVE EXPERIENTISSIMVM**  
**FRIDERICVM HOFFMANNVM,**

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS BORVSSORVM  
A CONSILIIS AVLICIS ET ARCHIATRVM, MED-  
GAE ARTIS PROFESSOREM PRIMARIVM ACADEMIAE

# FRIDERICIANAE

MORTEM FILII  
NOBILISSIMI INGENIO MORIBVSQUE  
LVGENTEM

VOENI  
CONSCRIPTA

## IO. GEORGIO VVALCHIO,

P. P. O.

IENAE D. XII. IULII SALVTIS CHR. REPA.

LITTERIS RITTERIANIS.



EPIS TOLY

ILLVSTRIS VIR,

VIRVM ILLVSTRAVM

EXCVLLA AVTISVMN ATQVE TYPICVLATISSVMN

PRIDERICAVM HOMINVM

SPERENISSIMI AC TOTENSIMI RECOI FORASSORVM

A CONSVLIS AVTIS AC ARCHITETV MEDI.

CSE VRL PROTECTORVM PRIMARIAV ACADEMIAE

LUDERICIANAE



VVM toto adhuc pectore cogitauerim,  
quemadmodum tacitum illum cultum,  
quo TE TVAQUE merita prosecutus fui,  
significarem publice, hancque in caussam  
occasione idoneam optauerim, doleo  
vehementer, grauissimam calamitatem  
TVAM domesticam scriptio[n]is huius primæ luctuosum  
dedisse argumentum. de morte enim filii TVI tristis  
adlatus est nuntius, qua audita, obuersabantur animo  
meo parentum miserorum gemitus, lacrimæ, compressæ  
manus, quibus significantur dolorum magnitudinem, misere-  
riam suam atque orbitatem luctu obruti deplorarent. quarum  
lamentationum caussam, optimi quippe filii obitum  
si quis cogitat intentius, huiusmodi fati iœtu materiam lu-  
gendi vberiore datam esse, merito censet. quando enim  
liberi carissima celi munera sunt, quos paterno &  
in situ amore amplectimur, facile intelligi potest, quanta  
calamitas ad familiam perueniat, quum ex parentum am-  
plexi-

plexibus sic eripiantur, ut neque illuc redeant, neque vitæ  
huius confuetudine iterum fruantur. in qua liberorum  
iaætura graue omnino & calamitosum est, eiusmodi filio  
orbari, qui ingenii suauitate, morum proborum decoro  
omnisque boni & honesti studiis sese commendauit, sicque  
spem singularem nec mediocre adulit gaudium. nemo  
sane non libenter retinet nobilissimam sui partem, nec fa-  
cile vills tam abiectus & consiliis inops, vt non sentiat, iu-  
cundum esse ac suave, si tales relinquuntur filii, per quos  
generis memoria feruari, decus augeri & ipsa familia ad  
posteros possit propagari. cuiusmodi bona quum in filio  
TIBI sint erepta, non solum intelligo, quantum casus hic  
te concutiat; sed ipse, qui cum aliis te veneror TIBIQUE  
ut omnia feliciter eueniant opto, recordatione calamitatis  
TVAE animo haud leuiter conturbor. acerbissimum quippe  
luges obitum filii in optimo ætatis flore extincti filii, qui  
tam culti ingenii, tam probatis moribus fuit, vt in ipso spem  
eximiā fixam locatamque habueris : casum luges filii,  
a quo fructus curæ atque operæ, quam in educando ipso  
atque expoliendo præclare posueras, suauissimos poteras  
TIBI polliceri.

Sed tamen quamvis sentias in optimi filii TVI morte,  
duram esse moriendi legem & conditionem, quæ parentes  
ac liberos mutuo officiorum & amoris studio copulatos  
diuelli; in ipsis tamen obitu, si omnia erecta mente con-  
sideramus, forte omnino remedium ad mitigandum lu-  
gum & dolorem inuenies. nulla enim calamitas nisi deo  
auctore venit, cuius consiliis quum omnia tristia aduersus  
pios in salutem ipsorum proueniant, liberos quoque, siue  
pignora fidei nostra credita repetit atque sibi addicit, vt  
ipsi non solum, sed & quos relinquunt, parentibus melius  
consulat, ac saepe cogitant homines. hoc enim faciendo  
docet, nos liberis non frui debere tanquam nostris bonis,  
sed tanquam pignori datis, vt & voluptatis, quam ex illo-  
rum recta ac proba indole capimus, & curarum, in qui-  
bus de felicitate eorum versamur, teneamus modum.  
ille igitur, qui vulnus fecit, id quoque felicissime sanare  
potest,

poteſt, immo mentem **TVAM** luctu perturbatam in priſti-  
nam certe reducet tranquillitatem. nec leuius ſolatum  
ex beate defuncti virtute petere potes namque ſi recordar-  
aris filii **TVI** vitam, quamuis breuiter, preclare tamen  
transactam, pietatem iſpsis decumbentis cum ingenti  
patientia coniunctam, nec non tam plenas fiduciae, tam  
ſanctas voces & preces, quibus ſe ad nouam patriam pre-  
parauit, gratifirma inde **TVI** deſiderii remedia habebis.  
non qui diu viuant, ſed qui bene ex vita decedunt, veræ  
felicitatis compotes ſunt: proinde quum filius **TVV**s, vin-  
cente morbo artem & naturam, deo animam, cui confe-  
crata erat, tranquillo exēſtu reddiderit atque ad ſedem  
ſemipiterni gaudiū peruenierit, felicissimus habendus, ac no-  
bis omnibus hac noua preſtat conditione. quodſi igitur  
luctu ſignificas, **TE** filium **TVV**m amaffe; ipſe hicce amor  
non potest non animum **TVV**m ad laetitiam mouere, quod  
iſte in ſumma enectus fuerit felicitatem. ſic, qui diſceſſu  
ſuo **TE** perturbauit, ſuo quoque diſceſſu erigit. laudet  
**VALERIVS** toto capite PARENTES, QUI MORTES FILIO-  
RVM AEQVO ANIMO TOLERAYERINT: in **TE** habemus  
exemplum parentis multo illuſtrius, qui christiano ſcuto  
firmatus in obitu cariſimi filii, ætate, ingenio menteque  
florentis recte ſe colligit, pie conſolatur. ad extrellum,  
imploro immortalem deum, veli pro benignitate, quam  
expertus es ſemper singularē, **TE** aduerſus omnia tri-  
ſtiorē caſum protegere, nec ſolum in preſidium ſplendi-  
dissimae familiæ; ſed & ornementum vestræ academiæ  
orbisque muſarum porro feruare ſaluum, ac quæuis bona,  
quæ ab ipſo expeti poſſunt; in **TE** confeſſe. **TVO** autem  
fauori **TVAE** que benevolentia me commando studio-  
ſiſime. **VALE ET AGE FELICITER.**

\* \* \* \* \*

Ua 933<sup>a</sup>  
I. 4°





# EPISTOLA

AD  
ILLVSTREM  
ATQVE EXPERIENTISSIMVM  
**HOFFMANNVM,**  
NTISSIMI REGIS BORVSSORVM  
ET ARCHIATRVM, MED-  
EM PRIMARIVM ACADEMIAE  
ERICIANAE  
**EM FILII**  
GENIO MORIBVSQVE  
ENTEM  
NSCRIPTA  
A  
**IO VVALCHIO,**  
P. O.

YTIS CHR. REPAR. M DCC XXIII.

RITTERIANIS.

Farbkarte #13

